



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 20. Sommersetus Dux pactis conditionibus Rothomago egressus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. XX.

Sæcul. XV.

A. C. 1449.

*Dux Sommersetus pæctis conditionibus**Rothomago egressus.***Dux Sommersetus, & Talbotus belli**

Præfектus hoc civium foedere ad desperationem adducti, portas ac urbis moenia occuparunt, sed a civibus mox inde ad vetus palatium, castrum, & pontem depulsi, fuga saluti suæ consulere coacti sunt, tota urbe, turribus, & potissima portarum parte Rothomagensium arbitrio, atque potestati relictis. Dum hæc in urbe fierent, Dunensis Comes opportuno tempore copias suas ad arcem Sanctæ Catharinæ admovit, & Præfectum præsidii ad ditionem induxit, qui illico arcem ejus imperio subiecit. Cives quoque Rothomagenses Comiti obviam effusi, urbis suæ claves porrigebant, militibus ejus liberum, tutumque ingressum patere contestati. Ille autem suorum haud plures, quam Anglos in locis per eos occupatis cingendi necessitas exegerat, in urbem introduxit, nihilominus a civibus adjutus, Sommersetum Ducem veteri palatio inclusum adeo in arctum coegit, ut duodecimo die certis conditionibus se dedere, & palatium vetus, Rothomagensem arcem, *Tancarville.* Honflorium, Arcam, Calidobacum, *Montivil-* *carvilam castrum, Juliobonam & Monti-* *liers.*

villa-

**Sæcul. XV.**  
**A. C. 1449**

villarium reddere, necnon Gallos a se captos libertati restituere sponderet, Regique infra annum quinquaginta aureorum millia pendere, & Talbotum unacum aliis quinque, vel sex belli Præfectis obsides relinquere pacisceretur. His conditionibus ita firmatis Duci, ejusque conjugi, atque liberis, cunctisque præsidariis militibus feso, quocunque libuerit, recipiendi, secumque omnis generis impedimenta, exceptis majoribus belli tormentis, devehendi copia concessa est, datis liberi commeatus literis. Præterea Rex sibi Harflevium cedi postulabat; id vero Somersetus constanter recusavit, ne, inquiebat, urbem illam, quæ inter primitias Victoriarum Henrici V. numeratur, hosti tradicisse argueretur. Interim Dux iste feria tertia, quæ erat quarta dies Novembris, unacum militum suorum reliquiis Rothomago excessit.

### §. XXI.

#### *Rex Rhotomagum ingressus.*

Igitur die decima Novembris, qua Sancti Martini profestum agebatur, Rex Jean. Char. solemnissima pompa, & magnificentia tier. Hist. vere Regia, quam fusiore calamo Joan. Carol. VII. pag. 180. nes Chartierus describit, Rothomagum Art. 1449. ingreditur. Agmen ducebant primi Satelli-